



37. Quartò Christus Dominus sua divina virtute poterat hanc puellam in loco distantis suscitare, sicut & filium regoli sanavit; tamen voluit appropinquare, & apprehensa manu eam tenere, nec enim semper disposuit, omnimoda sua potestate, quæ ei data erat à Patre, uti, sed aliquando approximando, aliquando in remotum agendo, pro ut ejus altissima Sapientia dictabat. Amplam potestatem concedere, magna nobilitas, & auctoritas Domini est; at non semper ad quemlibet usum, omnem potentiam adhibere, magna discretionis vis in servis, ac ministris; ita est enim applicanda, ut recta ratio, & prudentia judicaverit.

38. Vidit *Isaias* 6. *num.* 2. Dominum in solio excelso, Seraphim stabant super eum, sex ala uni, & sex ala alteri, & duabus volabant. Sex ala illæ innatæ erant Seraphim, ut ibi ponderat N. D. Cyrillus, ad volandum nempe; imò, ut vult *Oleaster* ad locum *Isaie*, duabus illis alis volantibus se sustentabant in aere. Si ergo ab univetsali opifice in sua creatione ad volandum sex alis insigniti reperiuntur, ear in illo ministerio duabus tantum hic contenti sunt? Alæ illæ concessæ erant ad volandi motum præstandum; tamen Seraphinorum prudentia, non omni alarum ministerio, nec omni potentia utitur, sed tantum illa, quæ erat proportionata, ac conveniens præfenti rerum eventui.

39. Ait Deus Moyse; *Ecce constitui te Deum Pharaonis*, *Exod.* 7. numero 1. In quo communiter notant expositores, Deus dedit Moyse amplam potestatem præcipiendi, comminandi, vexandi, ac nocendi Pharaoni. Maximè hic tamen considerandum; quòd Moyse tanta potestate accepta, ipsam crudellem hostem non statim interemit, imò nec magnas plagas ex se, ac ex suo judicio in Ægyptum, ac Pharaonem infert; sed semper ex Dei jussione: sic ei mandavit Dominus, ut extendens virgam converteret aquas in sanguinem, & ut induceret ranas, sciniphes, muscas, locustas, grandinem, & pestem in animalia. Si tibi, o Moyses, tam larga jurisdictio data est, ad quid in his expectas divinum mandatum? Quòd tanta potestas homini concederetur, magna Domini liberalitas, & amplitudo; quòd verò Moyse non omnes illius vices exequeretur, sed semper Dei jussione auscultasset, magna sanè illius prudentia, & cautela. Ab hac consideratione non distat *Oleaster*; sic ait; *Expende, quæso, quanta sit dignitas sancti Moyse, quem Deus sic excoxit, ut Deum Pharaonis constitueret: & similiter quanta sit prudentia ejus, ut non eum statim occideret; sed patientia quasi Deus ulterius, & moverit?*

*Matth.* 9. *num.* 20. Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur à duodecim annis, accessit retrò, & tetigit fimbriam vestimenti ejus.

*Ibid.* *num.* 21. Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum vestimenta ejus, salva ero.

Non semper omni potestate operand.

38. *Isai.* 6. *Cyrill.* *Oleaster.*

Proportionata potentia utendum.

39. *Exod.* 7.

Excellentia Domini magnam potestatem concedere prudentia servus non omni usi *Oleaster.*

VERSIONES.

*Syriacus n.* 20. Et ecce mulier, quæ profusio sanguinis laborabat à duodecim annis, venit à tergo ejus.

*Aria.* Ecce mulier sanguiflua duodecim annis, accedens.

*Syriacus n.* 21. Dicebat in anima sua: Si solus tetigero vestimentum ejus, sanabor ego.

*Vatablas.* Dicebat intra se: Si tantum tetigero vestimentum illius, salutem consequar.

*Optatus Milevitenf. Episcop. lib.* 5. Mittam manum meam, & tangam fimbriam vestimenti ejus, & sana siam.

ALTER TEXTUS.

*Marc.* 5. *num.* 25. Et mulier quæ erat in profusio sanguinis annis duodecim.

*Ibid.* *num.* 26. Et fuerat multa perpeffa à compluribus medicis, & erogaverat omnia sua, nec quidquam profecerat, sed magis deterius habebat.

*Ibid.* *num.* 27. Cum audisset de Jesu, venit in turba retrò, & tetigit vestimenta ejus.

*Ibid.* *num.* 28. Dicebat enim, quia si vel vestimentum ejus tetigero, salva ero.

*Luc.* 8. *num.* 43. Et mulier quædam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogaverat omnem substantiam suam, nec ab ullo potuit curari.

*Ibid.* *num.* 44. Accessit retrò, & tetigit fimbriam vestimenti ejus, & confestim stercis fluxus sanguinis ejus.

EXPOSITIO.

INTERPOSUIT Dominus miraculum hujus mulieris, ut fides Archisynagogi corroboraretur, & nos etiam doceat, ne occasionem boni operis, si occurrat, amittamus; & in præfenti historia notanda sunt. Primum, sexus: Ecce mulier; ecce illud denorat, inter eundem; dum iret. Mulier, natura fragilis, & cum Christus iret ad sanandam unam mulierem, hanc prius sanavit,

vit, de quo *quasi sequenti*, & adverte quòd in historia hujus capitis; nempe parentis filia defunctæ oritur illius nomen à Marco, & Luca, qui dicebatur *Lucas*, & ejus dignitas scribitur, *Archisynagogus*. At in ista fœmina, nec dignitas exprimitur, cum esset dives, & nobilis, ut sequenti *quasi*, dicam, nec ejus nomen narratur, sed ait *Divus Lucas, mulier quædam*. Archisynagogus imperfectus in fide, ut supra dixi ex Patribus, at præfens mulier fervida in illa, & præclarior facta est fide, quæ credidit Deum, quam proprio nomine, ac illa temporali dignitate, & ideo pro muliere nobilitanda abundans est, quòd ejus fides declaratur.

Secundò, *Gravitas morbi*, quæ fluxum sanguinis patiebatur à duodecim annis. Et hæc magna infirmitatis acerbitas ex triplici capite notatur in littera. Primum ex ipsa natura morbi, fluxum sanguinis patiebatur. Propter multam vim morbi ita debilitata erat nativa virtus, ut sanguinem intra venas non posset retinere: sed foris emittebat, quod est valde periculosa ægrotudo. Unde hæc mulier dicitur *Hæmorrhœissa*, à Græco nomine, & etiam *Petisco*, fluxum sanguinis significante. Secundò, *gravitas morbi* declaratur, à diuturnitate, erat enim à duodecim annis; ut ita magis comprobaretur magnitudo miraculi. Tertio hoc etiam patet, à difficultate sanationis, siquidem ait *D. Lucas, quæ in medicos erogaverat omnem substantiam suam, nec ab ullo potuit curari*, & explicatius *D. Marc.* & fuerat multa perpeffa à compluribus medicis, & nihil profecerat, sed magis deterius habebat. Arabicus legit. *Sed magis addiderat dolorem*. Et notat *D. Bonavent.* quòd *Lucas medicus hoc tacet, medicis civilibus loquens*.

Tertio, *Mulieris sollicitudo*. Cum audisset de Jesu, ait *D. Marcus*, scilicet, ejus adventum, de cujus fama multa cognoverat, cum jam esset à medicis derelicta, ad Christum accessit, quod eleganter ponderat *Chrysol.* *In arduis necessitatibus dat crebro consilium vis davoris, in desperatis causis sepe magistra necessitas, invenit ipsa sibi passio medicinam*, & advertit *Divus Hieronymus*, quòd hæc mulier non accessit ad Dominum in domo, vel urbibus sed in itinere, quia talem fluxum sanguinis sustinens secundum legem à civitatibus excludebatur, *Levit.* 15. *num.* 18.

Quartò *Humilitas mulieris accessit retrò*, quia ita demisit de se judicabat, ut se putaret indignam, quòd in facie coram Domino appareret, & magis proximè ad litteram, quia timebat, ne repelleretur à turba ob proprii morbi foeditatem.

Quintò, *Magna mulieris veneratio, ac reverentia in Christum, tetigit fimbriam vestimenti ejus*, hoc est, ultimam oram, ac partem vestimenti Christi; & perpende, quòd mulier, cum longè esset à Christo, ut patet ex sequenti versu, dicebat, *si tetigero vestimentum ejus, salva ero*. Ad Christum verò cum appropinquaret, illius divinitissimæ majestatis tantam reverentiam concepit, ut jam non audeat tangere vestimentum, sed ultimam illius extremitatem, ac filum.

Sextò *Vera animi compunctio*. Dicebat intra se, non ore, non externis verbis, sed, intra se, hoc est, in corde suo, in anima sua *Disce Christiane*, Vis accedere ad Deum, non solum dicas ore, sed corde; parum profunt externa verba,

Virtus, prævalens hominis nobilitas.

41. *Gravitas morbi.*

Arabicus. *In arduis necessitatibus dat crebro consilium.* Hieron.

42. *Chrysol.* *In arduis necessitatibus dat crebro consilium.* Hieron.

43.

44. *Vt ad Christum accedens, sic corde.*

si cor longè est à Deo, & abest dicere intra te, seu in anima tua.

Septimò, *Magna fides mulieris*. *Si tetigero tantum vestimentum ejus, salva ero*. *Hæmorrhœissa* audierat, seu fortè viderat, Christum impositione manuum multos sanasse, tamen tam efficax, ac certum judicium de Christi Domini virtute conceperat, quòd etiam levissimo tactu aliquis particulæ ejus sacratissimæ vestis, salutem sibi certissimè sperabat, de quo iterum 9.9.

QUESTIO VII.

Quenam esset hæc mulier, & quid significet?

MULIER hæc Gentilis, & valde nobilis erat, Christi beneficio, quo curata est à fluxu sanguinis, multum celebris, & ne tanti beneficii memoria aliquando excideret, pro foribus domus suæ rem gestam æneis statuis; nam ut ipsius genibus flexis ante Christum, quam piosmet Domini manum illi porrigentis perpetuò posteris commendavit. Ad pedes autem imaginis Christi in ipsa basi, inusitata quædam herbar species nascēbatur, quæ ubi ad ænei vestitus fimbriam exerevisset, morbi cuiuslibetque medicandi vim habebat, quæ omnia à se visa testatur *Eusebius*, *Cæsarienf. lib.* 17. *histor.* c. 14. & idem referunt *Theophylactus hic*, & *Sozomenus histor. tripart. lib.* 6. *cap.* 15. Hanc autem statuum *Julianus Apostata* Christi inimicus dejecit, & tui ipsius effigiem ejus loco collocavit, sed hæc fulmine icta dissoluta est, ut citatus *Sozomenus* refert *lib.* 5. *cap.* 10.

Ex quo non mihi videtur verisimilis sententia *Ambrosij lib.* 6. *de Salomone cap.* 5. *Divus Bonaventura cap.* 8. *Luc.* ad illa verba, *accessit retrò*, hanc mulierem fuisse *Martham sororem Magdalene*. Nam *Martha* suum domicilium habebat *Bethaniz juxta Hierusalem*, & non in *Cæsaræa*, quæ *Gentium civitas* exiterat. Deinde, ut argumentatur *Baronius in Epitome Spoud. anno Christi vigesimo primo, num.* 28. hæc mulier non potuit esse *Martha*, cum non liceret ullo pacto *Judæis simulachrum* cuiusvis quavis occasione formare. *Evangelium Nicodemi*, hanc mulierem vocat *Veronicam*, quæ Christo tendenti ad crucem, linteam ad sudorem tergendum exhibuit, in quo sacra Christi effigies expressa mansit; sed *Evangelium hoc*, est apocryphum.

Quantum verò ad sensum mysticum, Gentium, ac *Judæorum mysterium* significari communis est sententia. Et primò *D. Hilarius*, *D. Ambrosius*, *D. Hieronymus*, & *D. Paschasius*, dicunt, quòd sicut *Archisynagogus* primò pro suscitanda filia ad Christum venit: sed hæc mulier veluti è transverso occurrens, prius à Christo sanata est; postea verò filia Principis ad vitam revocata, sic & *Judæi* primò ad populum Dei vocati sunt, sed cum illi contemnerent, Dei misericordia Gentium plenitudo per fidem prior ad *Ecclesiam* accessit, postquam *Judæorum plenitudo* venit, juxta illud *Pauli*, *Cacti. Rom.* 11. *tas ex parte consurgit Israël, donec plenitudo Gentium*